4192 [= 5750] maior pars, quae complectitur sex menses posteriores, inde a saeculo XVI proposita fuit ad S. Victorini Amiterni, unde baro Laurentius Alferi Arischiae et S. Victorini dominus a. 1675 tabulam transtulit in domum suam Aquilanam. In ea domo, quam possidebat tum domina Bonjour nata Alferia, vidi ego. — Pars minor ad menses Maium et Iunium pertinens reperta est anno demum 1703 inter ruinas portae Aquilanae orientalis *di Lavarete* adservabaturque cum altera parte apud Alferios, non in curia ut ait Fogginius. — Hodie utraque Aquilae est in museo.

Mai.

22 R
23 *feriae uolc*ANO
25 RI
IN VELIA
//M
26 *fer ex s c quo*D EO DIE
. . . . CAESAR
c f appellatus INVICTVS EST
28 OD EO DIE

Iun.

18 A XIV C
19 B XIII C MINERVAE IN AVENTINO
20 C XII C SVMMANO AD CIRC MAXIM
21 D XI C
22 E X C
23 F IX C
24 G VIII C FORTI FORTVNAE TRANS TIBER AD MILLIAR PRIM ET SEXT
25 H VII C
26 A VI NP FER EX S *c q*VOD EO DIE *imp* AVGVS*tus ado*P*tau*IT *sibi* FILIV*m ti caesarem* AELIO *et sentio cos*
27 D V C

1 F K·IVL·N
2 G VI N
3 H V N
4 A IV NP FER EX S C Q E D ARA PACIS AVG IN CAMP MAR CONSTITVTA EST NERONE ET VARO COS
5 B III POPLIF·NP FERIAE IOVI
6 C PR N LVDI APOLLIN COMMIT
7 *D N*ON·N LVD
8 *E VIII N* *LVDI*
9 F VII N *LVDI*
10 G VI *C* *LVDI*
11 *H V C* *LVDI*
12 *A IV NP* *LVDI FER QVOD e*O DIE *C CAESAR EST N*ATVS
13 *B III C* *LVDI in CIRCO*
14 C PR C
15 D EID·NP MERK
16 E XVII F MERK
17 F XVI C MERK
18 G XV C MERK DIES ALLIENSIS
19 H XIV LVCAR·NP MERK
20 A XIII C LVD VICTOR CAES DIVI IVL COMMIT
21 B XII LVCAR·NP

1 E K·AVG·NP FERIAE EX S C Q E D IMP CAESAR DIVI F REM PVBLIC TRISTISSIMO PERICVLO LIBERAT
2 F IV NP FER*iae q*VOD EO DIE C CAES C F IN H*ISPAN CITER ET* QVOD IN PONTO EOD DIE RE*GEM PHARNA*CEM DEVICIT
3 G III C
4 H PR C
5 A N*ON·F* *SALVTI IN COLLE*
6 *B VIII F*
7 *C VII C*
8 *D VI* C
9 *E* V NP SOLI INDIGITI IN COLLE QVIRINALE FER Q E DIE C CAES C F PHARSALI DEVICIT
10 F IV NP FERIAE QVOD EO DIE ARA CERERI MATRI ET OPI AVGVSTAE EX VOTO SVSCEPTO CONSTITVTA*e* SVNT CRETICO ET LONGO *cos*
11 G III C HERCVLI INVICTO AD CIRCVM MAXIM VENERI VICTRICI HON VIRTVT FELICITATI IN THEATRO MARMOREO
12 H PR C
13 A EID·NP FER IOVI DIANAE VORTVMNO IN AVENTINO CASTORI POLLVCI IN CIRCO FLAMINIO
14 B XIX F
15 C XIIX C
16 D XVII C
17 E XVI PORT·NP FER PORTVNO PORTVNO AD PONTEM AEMILIVM
18 F XV C DIVO IVLIO AD FORVM
19 G XIV VIN·FP DIES TRISTISSI

1 D K·SEPT·F IOVI TONANTI IN CAPITOLIO
2 E IV NP FER EX S C QVOD EO DIE IMP CAES DIVI F AVGVSTVS APVD ACTIVM VICIT SE ET TITIO COS
3 F III NP FER ET SVPPLICATIONES APVT OMNIA PVLVINARIA QVOD EO DIE CAES DIVI F VICIT IN SICILIA CENSORIN ET CALVIS COS
4 *G PR* C LVDI ROMANI MAGNI COMMIT
5 *H N*ON·F LVDI
6 *A VIII F* LVDI
7 *B VII C* *LVDI*
8 *C VI C* *LVDI*
9 *D V C* *LVDI*
10 *E IIII C* *LVDI*
11 *F III C* *LVDI*
12 G PR N *LVDI*
13 H EID NP FER EX S C Q E D NEFARIA CONSILIA QVAE DE SALVTE TI CAES LIBERORVMQ EIVS ET EQVOR PROB ALIORVM PRINCIPVM CIVITATIS DE Q R P INITA AB M LIBONE ERANT IN SENATV CONVICTA SVNT
14 A XIIX F
15 B XVII N LVD ROM IN CIRC
16 C XVI C LVD IN CIRC
17 D XV NP LVD IN CIRC FER EX S C Q E D DIVO AVGVSTO HONORES CAELESTES A SENATV DECRETI SEX APPVL SEX POMP COS
18 E XIV C LVD IN CIRC
19 F XIII C LVD IN CIRC

Vidi ego et ectypum confeci. Ed. partem maiorem Purpurinus de Faventia ('ad calendarium Romanum Amiterni effossum minuscula commentaria' Neapoli 1680. 4. foll. 4 et pp. 4, quam ed. a me rogatus Henr. Iordan contulit in bibliotheca publica Neapolitana; repetita est in Sallengri thesauri vol. III p. 865) ita, ut adnotationes plerasque ex tabula excerptas in commentariorum margine poneret, item Mur. 150, 2 ab Antinorio acceptam. Eandem partem quatenus hodie superest excepto parvo fragmento ad d. 8. 9. 10. 11 m. Iulii spectante ad accuratissimum exemplum ab Antinorio et Lupacchinio et Giovenazzio communi opera perfectum (est etiam in cod. Vat. 9135 f. 309) Fogginius ('fastorum anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum reliquiae'. Romae 1779) ad p. 100 optime in aere incidit; idem quae in mensibus Iul. Aug. Sept. deerant ad exemplum antiquum a Giovenazzio sibi traditum supplevit. Partem minorem quae spectat ad Maium et Iunium edidit primus Mur. l. c., ubi male adhaesit ad m. Dec., melius Fogginius l. c. Citant ex lapide sibi viso Chaupy *maison d'Horace* III p. 68 et Giovenazzi Aveia p. 131 not. Ipse collato archetypo quae corrigenda esse videram praesertim in iis quae non exhibet tabula Fogginii, indicavi apud Gerhardum *Arch. Zeitung N. F.* I p. 107. Habet item Leosinius Aq. ad p. 310. Est in vol. I p. 323.

Tabula cum ita disposita sit, ut kalendae nonae idus omnes e regione collocarentur, dies qui idus sequuntur aequabiliter adderentur (certe in parte maiore post singulas idus exhibentur seni vel ad summum septeni dies), dies mensis Maii iuxta 21 m. Iun. positus aut 23 (quod placuit Fogginio) aut certe 22 fuerit necesse est, item diei 23 Iunii respondet 25 aut 24 Maii et sic deinceps. — Mai. 22. 23 R legitur in intervallo inter litteras nundinales C et D supra hanc, \NO ad mediam eandem, eo intervallo ut non eiusdem notae has particulas fuisse appareat, sed . . R ad 22, . . \NO ad 23 Mai. pertinere videatur. — Versu sequenti Fogginius male dedit . . . PVBL·IN . . ., cum in lapide legatur IN·VELIA (de IN tamen dubitabat Dresselius) idemque fere (nempe NVFLIA) apud Mur.; quamquam quomodo explicem haereo. — Versum in quo est //M addidit ex archetypo Dressel. — Mai. 26 Marinius (in censura libri Fogginiani p. 49) de Germanici triumpho cogitans suppleri iussit *quo*D EO DIE *germanicus* CAESAR *appellatus* INVICTVS·EST. — Iun. 26 EO DIE et v. sequente T· hodie deficere monet Dressel. — In sequentibus dabo v. l. Fogginianae tabulae et in ea parte, quae hodie non extat (Iul. 7—13, Aug. 2—8, Sept. 4—12), v. l. Purpurini Muratorii Fogginii. — Iul. 7 LVD om. Fogg. tab. — Iul. 12 QVOD . . DIE Fogg., QVOD·EO·DIE Mur. — CAES pro CAESAR Mur. — Iul. 13 LVDI . . . CIRCO Fogg., LVDI·IN·CIRCO Mur. — Aug. 1 O in TRISTISSIMO hodie deficit teste Dresselio. — Aug. 2 notam om. Mur. — Litteris GEM PHARNAC hiatum non satis expleri monet Dressel. — Aug. 9 Q̲ EO D Fogg. tab. pro Q̲ E DIE. — Aug. 10 CONSTITVTAE et LONG COS Mur. — Aug. 13 FLAMINTO Fogg. tab. — Aug. 19 'TRISTISS fortasse' Dressel. — post Aug. 19 H add. Mur. — Sept. 2 IV post E om. Fogg. tab. — Sept. 3 SVPLICATIONES et APVD Fogg. tab. — Sept. 4 G^{PR} om. Fogg. tab. — Dec. 20 XII pro XIII Fogg. tab.

1 B K·OCT N
FIDEI IN CAPITOLIO
2 C VI F
3 D V C
4 E IV C IEIVNIVM CERERIS
5 F III C LVDI DIVO AVGVSTO ET FORT REDVCI COMMITT
6 G PR C LVDI
7 H NON F LVDI
8 A VIII F LVDI
9 B VII C GENIO PVBLIC FAVSTAE FELICITATI VENER VICTR IN CAPITOL APOL IN PAL LVDI
10 C VI C LVDI
11 D V MED·NP LVDI FER IOVI
12 E IV AVG·NP LVD IN CIRC FER *e*X S C
Q̲ E D IMP CAES AVG EX TRANSMARIN PROVINC VRBEM INTRAVIT ARAQ̲ FORT REDVCI CONSTIT
13 F III FONT·NP
FERIAE FONTI
14 G PR EN
15 H EID·NP
16 A XVII F
17 B /// C
18 C // C IANO AD TEATHR MARCELLI sic
19 D XIV ARM·NP
20 E XI/I C
21 F /// C

1 A K·NOV F
2 B IV F
3 C III C
4 D PR C
5 E NON·F
6 F VIII F LVDI
7 G VII C LVDI
8 H VI C LVDI
9 A V C LVDI
10 B IV C LVDI
11 C III C LVDI
12 D PR C LVDI
13 E EID·NP LVDI
14 F XIIX F EQVOR *pro*BATIO
15 G XVII C LV*d*I IN CIRCO
16 H XVI C LVDI IN CIRCO
17 A XV C *lu*DI IN CIRCO
18 B XIV C *m*ERK
19 C XIII C *me*RK
20 D ///////////////

1 G K·DEC·N
NEPTVNO PIETATI AD
2 H IV N CIRC FLAMI//
3 A III N
4 B PR C
5 C NON·F
6 D VIII F
7 E VII C
8 F VI C TIBERINO IN INSVLA
9 G V C
10 H IV C
11 A III AG·IN NP
12 B PR EN CONSO IN AVENTIN
13 C EID·NP
14 D XIX F
15 E XIIX CONS·NP FER CONSO
16 F XVII C ARA FORTVNAE REDVCI DEDIC EST
17 G XVI SAT·NP FER SATVRNO SATVRN AD FOR
18 H XV C
19 A XIV OPAL·NP FER
20 B XIII C OPI OPI AD FORVM

LXXXVII. CARSIOLI (p. 382. 682).

ad n. 4051. Primi tituli v. ultimum magis sic constituendum esse arbitror: [*instaurari paludesque pe*]*r in*[*via*] *meatu novo . . . averti oport*[*ere iu*]*sserunt.*

ad n. 4056. Est cum praescriptione 'Carsoli, nunc Arsoli 1739', scripta ut videtur manu Rodulphini Venuti, inter schedas Guarnerianas Pisaurenses. — Falsum exemplum Romae *nella bottega di Nicolo Venuti scarpellino in Campo vaccino* descripsit d. 12 Oct. 1748 Gallettius (cod. Marucell. A. 77 f. 164).

ad n. 4076. Pro *Collis* scr. *Cellis.*

XC. AMITERNVM (p. 397. 683).

ad n. 4177. Non Amiterni, sed Albae ad Fucinum repertam esse ait Garruccius, ipse suum errorem emendans in appendice ad syllogen nuper edita p. 23.

ad n. 4192 Mai. 26. Fortasse huc pertinet quod scribit Suetonius Tib. 17: *quas ob res* (gestas in Illyrico et in Germania a. 762) *triumphus ei decretus est multique et magni honores: censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii ut Invictus, nonnulli ut Pius diceretur: sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset.* Id si ita est, supplementa ita fere formari poterunt: [*fer. ex. s. c. quo*]*d eo die* [*a senatu Ti.*] *Caesar* [*appellatus*] *invictus est* [*nec accepit*].

ad n. 4194. Nomen Sex. Sentii Caeciliani explet lapis miliarius Thevestinus C. VIII n. 10165, ut ostendi ibidem in praefatione p. XX.

ad n. 4271. Dele; est Firmana suo loco relata n. 5361.

XCI. AGER AMITERNINVS (p. 412).

ad n. 4372. Ante AICAS excidit T·, ut ostendit adnotatio.

CI. Inter Forum novum et Cures (p. 461. 686).

ad n. 4861. Redit infra n. 6364 collocata Poggii Aemiliani, excepta ita fere ut correxi.

CII. TREBVLA MVTVESCA (p. 463. 686).

ad n. 4119. Conferendus titulus repertus Edessae in Macedonia (Eph. epigr. vol. 2 p. 476 n. 1052): *D. m. Epicteto nutricio Mulvia C. f. P*[*l*]*acida patrona, Tadi Nepotis leg. pro pr. provinc. Macedoniae.*

ad n. 6364. Dele; legitur supra n. 4861.

CIII. CVRES SABINI (p. 471).

ad n. 4969. 4972. Apud A. S. Mazochium († 1771) in schedis ms. tituli leguntur coniuncti ut apud Gallettium et Sperandium loco non adscripto. Huius varia lectio haec est: 1 ...ᴐVS — 2 SAB·SVIS·PECVNIIS·NYMPHEVM — infra fractus datur.

CV. Ager a dextra Vomani superioris (p. 484).

ad n. 5046. Recognovit nuper Barnabeius et emendavit sic:

|RANIA · C F
uic|TORIAE
L · M